Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ecclesiastici

corum eius & dedit illi testamentum regum & sedem gloriae in israel.
Post ipsum surrexit filius sensatus
et propter illum deleuit omnem potentiam inimicorum. Salomon
impauit diebus pacis eius subiecit deus omnes hostes ut conderet
domum in nomine suo & pararet
sanctitatem in sempiternum. quae
ad modum eruditus est iuuenis
tuae sua & impletus est quasi flu
men sapientiae & terram retexit
anima tua & replesti in comparationibus enigmata. Admirabilis
longe diuulgatum est nomen
tuum & dilectus es in pace tua
In canticis & prouerbis & com
paracionibus & interpretacionibus &
miratae sunt terae & in nomine do
mini dei est cognomen deus israel.
collegisti quasi aurichalcum aurum
et ut plumbum complesti argentum
et inclinasti femora tua mulier
bus. Potestatem habuisti in corpo
re tuo & dedisti maculam in gloria
tua & polluisti sanctum semen
tuum induce iracundiam ad filios
tuos & increpans stultitiam tuam
ut faceres imperium durum. Deus
autem non derelinquet misericordi
am suam & non corrumpet nec de
lebit opera sua. nec perdet a stirpe &
nec nepotes electi sui & semen ei
qui dilexit dominum non corrumpet.
Dedit autem reliquum iacob & dauid
de ipsa stirpe. & fuerunt habitacula
patribus suis. & reliquit pro
se testimonium suo generis stultitiae

Et in iniquitatem aprudentia ro
boam qui auerterunt gentem consilio
suo & ieroboam filium nabath.
qui fecit peccare israel & dedit efficacem
viam peccandi & plurima redin
dauerunt pecata eorum. Valde eum
auerterunt illos a terra sua. & fecerunt
omnes nequitias usque dum pueni
ret ad illos defensio. & ab omnibus
peccatis suis liberauit eos. XLVIII

Et surrexit helias propheta
quasi ignis. quae urebat ipsorum
quasi facula ardebat. Ver
qui induxit in illos famem & in iui
dia zelantes illum in iudicia sua paucissimi
fuerunt. Non potuerunt enim sustinere pre
cepta domini. Vbi dominus contriuit
celum & deiecit ac ignem ire. sic
amplificatus est helias in mira
bilibus suis. Et quis potest similis
esse tibi. qui suscitasti mortuum
ab inferis. De ore mortis iudicio
domini qui deiecisti reges ad perditionem
& confregisti facile potentiam eorum
& gloriosos de loco suo. Qui au
disti in sina iudicium & in horeb iu
dicia defensionis. qui unxisti reges
ad poenitentiam & prophetas. facis successo
res post te. Qui receptus es in tur
bine ignis. in curru equorum igne
orum. Qui scriptus es in iudicius
temporum lenire iracundiam domini
reconciliare cor patris ad filium &
restituere tribus iacob. Beati sunt
qui te uiderunt audierunt & in amici
tia tua decorati sunt. Iam nos uita
mus tantum post mortem autem non
erit tale nomen nostrum. Helias